

PROPRIO DE LA MISA SAN FELIPE Y SANTIAGO

Apóstoles

11 de Mayo - Fiesta clase 2.^a - Rojo

Nehemias 9.27; Salmo 32.1

CLAMAVÉRUNT ad te, Dómine, in témpore afflictiónis suæ, et tu de cælo exaudisti eos. Allelúia, allelúia. Ps. Exsultá te, justi, in Dómino: rectos decet collaudátio. V̄. Gloria Patri.

DEUS, qui nos ánnua Apostolorum tuorum Philippi et Jacóbi solemnitate lætificas: præsta, quæsumus; ut, quorum gaudémus méritis, instruámur exémpis. Per Dominum.

Sabiduría 5.1-5

STABUNT justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitaneis insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illorum est.

INTROITO

Han clamado a ti, Señor, en el tiempo de su opresión; y tú, desde el cielo, los has escuchado, aleluya, aleluya. Salmo. Alegraos, justos, en el Señor; a los rectos de corazón conviene la alabanza. V̄. Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que nos alegras con la solemnidad anual de tus apóstoles Felipe y Santiago; haz, propicio, que nos aprovechemos de los ejemplos de aquéllos cuyos méritos celebramos con gozo. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Entonces estarán los justos con gran seguridad ante aquéllos que los oprimieron y descalificaron sus obras. Viéndolos se turbarán con un temor tremendo, maravillados de su inesperada salvación. Arrepentidos y gimiendo en sus aïmas angustiadas, dirán entre sí: Éstos son los que en otro tiempo tuvimos como objeto de irrisión y como prototipo de abyección. ¡Necios!, hemos calificado su vida de locura y de infamia su muerte. ¿Cómo han sido contados entre los hijos de Dios? ¿Cenno participan de la suerte de los santos?

Salmo 88.6; Juan 14.9

ALLELÚIA, allelúia. *V̄*. Confitebuntur cœli mirabilia tua, Dómine: etenim veritatem tuam in ecclésia sanctorum. Alleluia. *V̄*. Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui vide Me, videt et Patrem Meum. Alleluia.

Juan 14.1-13

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, et preparavero vobis locum: iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas: Dómine, nescimus quo vadis: et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus: Ego sum via, veritas, et vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. Dicit ei Philippus: Dómine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in Me est? Verba, quae ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in Me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in Me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in Me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine Meo, hoc faciam.

ALELUYA PASCUAL

Aléluya, aléluya. *V̄*. Los cielos pregonan tus maravillas, Señor, y tu fidelidad, la asamblea de los santos. Aleluya. *V̄*. Tanto tiempo ha que estoy con vosotros, ¿y aún no me habéis conocido? Felipe, quien me ve, ve también a mi Padre. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos: No se turbe vuestro corazón. Creéis en Dios, creed también en mí. En la casa de mi Padre hay muchas moradas; si así no fuera, yo os lo habría dicho. Porque voy a prepararos un lugar. Y cuando me haya ido y os haya preparado un lugar, vendré de nuevo y os llevaré conmigo, para que donde yo estoy, estéis también vosotros. Y adonde yo voy, ya sabéis el camino. Dicele Tomás : Señor, no sabemos adonde vas; ¿cómo podemos saber el camino? Dicele Jesús : Yo soy el camino, la verdad y la vida; nadie va al Padre sino por mí. Si me habéis conocido, conoceréis también a mi Padre. Desde ahora lo conocéis y lo habéis visto. Dicele Felipe: Señor, muéstranos al Padre, y eso nos basta. Dicele Jesús : ¿Tanto tiempo ha que estoy con vosotros y aún no me has conocido? Felipe, quien me ha visto, ha visto al Padre. ¿Cómo dices tú: Muéstranos al Padre? ¿No crees que yo estoy en el Padre, y que el Padre está en mí? Las palabras que yo os hablo, no las hablo de mí mismo. El Padre es quien, permaneciendo en mí, realiza sus obras. Creedme que yo estoy en el Padre, y el Padre en mí. Creedlo al mens por mis obras. En verdad, en verdad os digo que quien cree en mí hará también las obras que yo hago, y aun mayores, porque yo me voy al Padre y todo cuanto pidáis en mi nombre, lo haré.

Salmo 88.6

CONFITEBUNTUR Cœli mirabilia tua, Dómini, et veritatem tuam in ecclésia sanctorum. Alleluia, alleluia.

MÚNERA, Dómine, quae pro Apostolorum tuorum Philippi et Jacobi solemnitate deférimus, propitius súscipe: et mala ómnia, quae merémur, avérte. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

Juan 14.9,10

TANTO tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum, alleluia: non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Alleluia, alleluia.

QUÆSUMUS, Dómine, salutáribus repléti mystériis. ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratió nibus adjuvémur. Per Dominum.

OFERTORIO

Los cielos celebran tus maravillas, Señor; y tu fidelidad, la asamblea de los santos, aleluya, aleluya.

SECRETA

Recibe, Señor, propicio estos dons que te ofrecemos para solemnizar la fiesta de tus apóstoles Felipe y Santiago; y aleja de nosotros todos los castigos que merecemos. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE LOS APOSTLES

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, suplicarte humildemente, Señor, que no desampares, Pastor eterno, tu rebaño, sino que, por tus santos apóstoles, le guardes con tu continua protección, a fin de que le gobiernen los mismos jefes que has establecido por pastures suyos. Y por eso, con los Ángeles y los Arcángeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial, cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

Tanto tiempo llevo con vosotros, ¿y aún no me habéis conocido? Felipe, quien me ve a mí, ve también a mi Padre, aleluya. ¿No crees que yo estoy en el Padre, y que el Padre esta en mí? Aleluya, aleluya.

POSCOMUNIÓN

Alimentados, Señor, con los misterios de salvación, te suplicamos nos ayuden las oraciones de aquéllos cuya solemnidad celebramos. Por nuestro Señor.